



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

22. Imposito primi lapidis arcis Coesfeldiensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

Imposi-
tio pri-
mi lapi-
dis arcis
Coesfel-
diensis.

Subindè à visitationibus redux arcis illius, quæ sub finem æstatis anni præcedentis, uti in loco memoravimus, *Coesfeldia* exstrui cæpta est, portam, solidum opus, & ædificiorum principium meditabatur. Solenniore pompâ fundamentum jacturus statuit decimum sextum Kalendas Augusti. Eo die postquam musicos inter concentus sacris operatum est, & ipse & Proceres, qui invitati erant ad portæ radicem descendunt. Saxum solenni ritu à se benedictum ipse locat, sub impositâ illi ex argento laminâ cum hac inscriptione.

Inscrip-
tio.

DEO OPT. MAX. SACRVM.

DE *para Virginis, ac Calitum omnium honori,*
& inprimis S. LUDGERI.

Monasteriensium Episcoporum omnium uti Ordine,
Sic Sanctimonia PRIMI:

Publica saluti, Ecclesie defensionis,
Subditorum tutela, patria Ornamento.
Sibi & successoribus.

In pace & bello commodum Domicilium

Arcem, atque inprimis Portam hanc

(Qua introitus salutis & pacis, terror hostium, fuga inimicorum, munimentum Christi fidelium & ostium pacificum sit, per eum, qui se ostium appellavit JESUM Christum)

Voto integerrimo condidit

Ex nobilissima Galeniorum stirpe

Col-

Celsissimus & Reverendissimus Princeps ac Dominus
D. CHRISTOPHORUS BERNARDUS
DEI & Apostolica sedis gratia Episcopus Mona-
steriensis, Burggravius Strombergensis S. R. I.
Princeps Dominus in Boreulo & c.

Et saxum hoc solennibus caeremoniis
Ab ipso Conditore benedictum & positum fuit.

Die 17. Julij.

Anno Virginei partus M. DC. LVI.
Cathedram Petri tenente ALEXANDRO VII.
FERDINANDO III. Augusto Imperante
Anno Conditoris in sede Monasteriensi sexto.

Quibus
presen-
tibus.

Adfuerunt & applauserunt ex omni
ordine Proceres. DD. Otto Henricus
Korff, conditus Schmisling Praepositus.
Jodocus Edmundus à Brabeck Decanus.
Joannes Hermannus à Palandt Canon-
icus & Bursarius Cathedralis Ecclesie
Monasteriensis. Theodorus Hermannus
à Mervelt ex Westerwinckel Cancellarius.
Burchardus Baro de Westerholt in Lem-
beck Marescallus. Hermannus de We-
sterholt Satrapa in Bocholt Colonellus.
Joannes Beveren de Twickel in Rhein-
nen & Bevergern. Heidenricus Droste
in Horstmar & Ahaus Satrapa. Theo-
dorus Philippus de Wilich ex Probsting
Colonellus. Henricus à Diepenbroeck ex
Bulleren. Joannes de Graes ex Loburg.
Her-

Hermannus Theodorus à Nagel Vice-Colonellus Aulae Praefectus. Ferdinandus à Raesfelt ex Hammeren. Stephanus Theodorus Torck ex Asbeck & Vorhelm & c. Nec non DD. Joannes Rennebohm & Everhardus Lewen Civitatis Coesfeldiensis Consules. Assistentibus & Ministrantibus suae Celsitudini Vicario in Spiritualibus Generali, & Sacellanus. Dirigente tunc Principis & Patriae arma Nobili Viro D. Joanne de Remunt Lutzenburgensi Generali Vigiliarum Praefecto. Inde transitum est ad epulas & hilaria inter tubarum ac tympanorum clangorem. A quibus nunc Viam revertamur.

Ubi delegati Monasterienses, postquam à Caesare jam auditi, multa de Monasterio, de Coloniaensi processu haud *sterienses* aequa satis prolocuti dicebantur, per eos *Vienne* dies supplicem porrexerant libellum, *Ci-petunt* civitatem Monasteriensem, ut liberam & *Urbem* Imperialem Caesar declararet. Talem enim *suam im-* esse adjunctis probari citationum litteris, *mediatâ* quibus à *Maximiliano Primo, Carolo declara-* quinto, & pluribus Augustis Monasterium *ri.* ad publica Germaniae Comitia constaret evocatum. Imponi Fiscali Imperij aulico rogant, ejus ut interventu civitas ceu immediata nunc tandem Imperio vindicetur. Quod autem ne vel ulli homi- *Sed reje-* *num diuntur.*